
CHARTA TERTIA,

Iisdem ab eodem concessa, A. D.

MDCLXIX.

CAROLVS SECVNDVS Dei gratia Angliae Scotiae
 Franciae et Hiberniae Rex, fidei Defensor, etc, omni-
 bus ad quos hae Literae nostrae patentes pervenerint, salu-
 tem.

SCIATIS, quod nos de gratia nostra speciali ac ex certa sci-
 entia et mero motu nostris dedimus et concessimus, ac per
 praesentes pro nobis heredibus et successoribus nostris damus et
 concedimus dilectis et fidelibus nostris *Praefidi Concilio et Soda-
 libus Regalis Societatis Londini pro scientia naturali promovenda,*
 et

et successöribus suis in perpetuum, totam illam peciam terrae arabilis vocatam *Teamsbott*, continentem per aestimationem Grant of Lands in Chelsey. viginti acras, jacentem inter viam nostram ducentem a Westmonasterio versus *Chelsey*, ex parte boreali et occidentali, et peciam prati continentem per aestimationem quatuor acras, parcellam octodecim acrarum prati nuper in tenura Comitum, Nottinghamiensium vel assignatorum suorum, ex parte australi, ac clausum prati vocatum *Stone-bridge Close* ex parte orientali, et peciam terrae arabilis nuper in occupatione Thomae *Evans* vel assignatorum suorum, ex parte occidentali; per particularia inde mentionata esse annualis redditus, five valoris, viginti trium solidorum et quatuor denariorum; Nec non totum illum praedictum clausum prati vocatum *Stony Bridge Close*, continentem per aestimationem quatuor acras, nuper in occupatione Iohannis *Deakes* vel assignatorum suorum, jacentem inter rivum vocatum *Le Common Sewer* ex parte orientali, et praedictam peciam terrae vocatam *Teamsbott* ex parte occidentali, et pontem vocatum *Stony Bridge* ex parte boreali; per particularia inde mentionata esse annualis redditus, five valoris, viginti solidorum; Nec non totam illam unam peciam terrae arabilis in communi campo vocatæ *East-Field*, continentem per aestimationem tres acras, nuper in occupatione Thomae *Frances* vel assignatorum suorum, jacentem inter praedictam peciam terrae vocatam *Teamsbott* ex parte orientali, peciam terrae arabilis nuper in tenura Comitum Lincolnienfium vel assignatorum suorum, ex parte occidentali, parcellam prati de *Earles-Court Land*, ex parte australi, et viam nostram ducentem a Westmonasterio versus *Chelsey* praedictam, ex parte boreali et occidentali; per particularia inde mentionata esse annualis redditus five valoris quatuor solidorum; (quae quidem praemissa sunt aut olim fuerunt parcella terrae nostrae in *Chelsey*, existentis parcellae

C H A R T A T E R T I A.

parcellae terrae Dominicalis Manerii de *Chelsey* praedicta, ac nuper fuerunt parcella possessionum Iohannis nuper Ducis Northumbriae; et quae nuper per praecharissimum avum nostrum beatae memoriae Iacobum Regem, per Literas suas patentes, gerentes datum apud Westmonasterium octavo die Maii anno regni sui Angliae octavo et Scotiae quadragesimo tertio, concessa fuerunt aut mentionata esse concessa Praeposito et Sociis Collegii Regis Iacobi in *Chelsey* prope *London* ex fundatione eiusdem Iacobi Regis Angliae, et successoribus suis in perpetuum; tenendum de praefato Iacobo Rege, ut de manerio suo de *East Greenwich* in comitatu Cantiae, per fidelitatem tantum, in libero et communi foccagio, et non in capite, nec per servitium militare;) Ac etiam omnia et singula domus aedificia structuras boscos subboscos arbores, ac totam terram fundum et solum eorundem boscorum subboscorum et arborum, ac omnia alia jura jurisdictiones franchises privilegia libertates proficua commoditates advantagia emolumenta et hereditamenta nostra quaecunque, cum eorum pertinentiis universis, cujuscunque sint generis naturae seu speciei, seu quibuscunque nominibus sciantur censeantur nuncupentur seu cognoscantur, situata jacentia et existentia provenientia crescentia renovantia sive emergentia infra comitatum villas campos loca sive hamletas praedicta, vel alibi ubicunque, praedictis terris et caeteris praemissis vel alicui inde parcellae quoquo modo spectantia; Necnon reversionem et reversiones omnium et singulorum praemissorum superius per praesentes praeconcessorum, et cujuslibet inde parcellae, dependentes vel expectantes de in vel super aliquam dimissionem vel concessionem pro termino vel terminis vitae vel vitarum vel annorum, aut aliter de praemissis superius per praesentes praeconcessis seu de aliqua inde parcella quoquo modo factam, existentem de recordo vel

non de recordo; Necnon omnia et singula redditus et annualia proficua quaecunque reservata super quibuscunque dimissionibus vel concessionibus de et super praemissa per praesentes praconcessa, vel de et super aliquam inde parcellam.

DEDIMVS etiam et concessimus, ac per praesentes pro nobis heredibus et successoribus nostris damus et concedimus, praefatis Praefidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis Londini pro scientia naturali promovenda, et successoribus suis in perpetuum, quod ipsi et eorum successores de caetero in perpetuum habeant teneant et gaudeant, ac habere tenere et gaudere valeant et possint, infra praemissa superius per praesentes praconcessa, ac infra quamlibet inde parcellam, tot tanta talia eadem hujusmodi et consimilia jura jurisdictiones libertates franchises consuetudines privilegia proficua commoditates advantagia emolumenta et hereditamenta quaecunque, quot quanta qualia et quae, ac adeo plene libere et integre, ac in tam amplis modo et forma, prout praedictus Iohannes nuper Dux Northumbriae, aut praedictus Praepositus et Socii Collegii Regis Iacobi in *Chelsey* prope *London* ex fundatione ejusdem Iacobi Regis Angliae, aut aliquis alius sive aliqui alii, praedicta terras tenementa et caetera praemissa cum suis pertinentiis, aut aliquam inde parcellam, unquam antehac habentes possidentes aut seifiti inde existentes, habens possidens aut seifitus inde existens, unquam habuerunt tenuerunt usi vel gavisi fuerunt, habuit tenuit usus vel gavifus fuit, seu habere tenere uti vel gaudere debuerunt aut debuit, in praemissis superius per praesentes praconcessis, aut aliqua inde parcella, ratione vel praetextu alicujus chartae doni concessionis vel confirmationis per nos seu aliquem progenitorum vel antecessorum nostrorum nuper Regum vel Reginarum Angliae antehac habitorem

C H A R T A T E R T I A.

torum vel concessorum seu confirmatorum, aut ratione vel praetextu alicujus actus Parliamenti vel aliquorum actuum Parliamentorum, aut ratione vel praetextu alicujus legitimae praescriptionis usus seu consuetudinis antehac habitorem seu usitatorum, aut aliter quocunque legali modo jure seu titulo; ac adeo plene libere et integre, ac in tam amplis modo et forma, prout nos aut aliquis progenitorum vel antecessorum nostrorum nuper Regum vel Reginarum Angliae praedicta terras tenementa et caetera praemissa, aut aliquam inde parcellam, habuimus et gavisi fuimus aut habuerunt et gavisi fuerunt, seu habere et gaudere debuimus aut habere et gaudere debuerunt aut debuit.

DAMVS ulterius, ac per praesentes pro nobis heredibus et successoribus nostris concedimus, praefatis Praefidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis Londini pro scientia naturali promovenda, et eorum successoribus, omnia et singula praemissa superius per praesentes praekoncessa, cum eorum pertinentiis universis, adeo plene libere et integre, ac in tam amplis modo et forma, prout ea omnia et singula praemissa, aut aliqua inde parcella, ad manus nostras, seu ad manus aliquorum progenitorum vel antecessorum nostrorum nuper Regum vel Reginarum Angliae, ratione vel praetextu dissolutionis vel sursum redditionis alicujus nuper monasterii prioratus sive hospitalis, aut ratione vel praetextu alicujus actus Parliamenti vel aliquorum actuum Parliamentorum, aut ratione alicujus attincturae sive forisfacturae, aut ratione alicujus excambii vel perquisiti, aut alicujus doni vel concessionis, aut ratione eschaetae, aut quocunque alio legali modo jure seu titulo devenerunt seu devenire debuerunt, ac in manibus nostris jam existunt seu existere debent vel debuerunt: habendum tenendum et gaudendum praedicta terras tenementa et hereditamenta, ac caetera omnia

Tenure.

et

et singula praemissa superius per praesentes praeconcessa, cum eorum pertinentiis univcrsis, praefato Praefidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis Londini pro scientia naturali promovenda, et successoribus suis in perpetuum; tenendum de nobis heredibus et successoribus nostris, ut de manerio nostro de *East Greenwich* in comitatu nostro Cantiae, per fidelitatem tantum, in libero et communi foccagio, et non in capite, nec per servitium militare; ac reddendum annuatim nobis heredibus et suc-^{Rent.}cessoribus nostris de et pro praedicta terra arabili vocata *Teamshott* viginti tres solidos et quatuor denarios, ac de et pro praedicto clauso prati vocato *Stony Bridge Close* viginti solidos, ac de et pro praedicta pecia terrae arabilis in communi campo vocato *East Field* quatuor solidos legalis monetae Angliae, ad festa Sancti Michaelis Archangeli et Annunciationis beatae Mariae Virginis, ad receptam Scaccarii nostri Westmonasterii heredum et successorum nostrorum, seu ad manus Ballivorum, seu Receptorum praemissorum pro tempore existente¹, per aequales portiones annuatim solvendas in perpetuum.

ET ULTERIUS de uberiori gratia nostra speciali ac ex certa scientia et mero motu nostris volumus, ac per praesentes pro nobis heredibus et successoribus nostris concedimus praefato Praefidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis praedictae et successoribus suis, quod nos heredes et successores nostri de caetero in perpetuum annuatim, et de tempore in tempus, exonerabimus acquietabimus et indempnes conservabimus, tam praefatos Praefidem Concilium et Sodales Regalis Societatis praedictae et successores suos, quam praedicta terras tenementa et caetera omnia et singula praemissa superius expressa et specificata ac per praesentes praeconcessa, et quamlibet inde parcellam,

Exonerations,
Acquittances,
&c.

¹ Sic in Authent. et passim infra.

C H A R T A T E R T I A.

cum eorum pertinentiis univerfis, de et ab omnibus et omnimodis corrodiis redditibus feodis fervitiis annuitatibus pensionibus portionibus ac denariorum summis ac oneribus quibuscunque de praemissis, seu aliqua inde parcella, nobis heredibus vel successoribus nostris exeuntibus vel solvendis, vel superinde versus nos heredes vel successores nostros oneratis vel onerandis; praeterquam de redditibus fervitiis et tenuris superius in his praesentibus nobis heredibus et successoribus nostris reservatis, ac praeterquam de dimissionibus et concessionibus de praemissis seu de aliqua inde parcella antehac factis, ac conventionibus et conditionibus in iisdem existentibus, ac conventionibus et oneribus, quae aliquis firmarius seu aliqui firmarii praemissorum ratione indenturarum et dimissionum suarum facere et exonerare tenetur seu tenentur.

VOLVIMVS etiam, ac per praesentes pro nobis heredibus et successoribus nostris firmiter injungendo praecipimus, tam Commissionariis pro thesauro nostro, Thesaurario, Camerario, Subthesaurario, et Baronibus Scaccarii nostri heredum et successorum nostrorum pro tempore existente, quam omnibus et singulis Auditoribus, et aliis officiariis, et ministris nostris heredum et successorum nostrorum quibuscunque pro tempore existente; quod ipsi et eorum quilibet super solam demonstrationem harum Literarum nostrarum patentium, vel irrotulamenti earundem, absque aliquo alio brevi seu warranto a nobis heredibus vel successoribus nostris quoquo modo impetrando seu prosequendo, plenam integram debitamque allocationem et exonerationem manifestam de et ab omnibus et omnimodis hujusmodi corrodiis redditibus feodis pensionibus portionibus et denariorum summis ac oneribus quibuscunque (praeterquam de fervitiis redditibus tenuris ac arreragiis redditus ac caeteris praemissis

missis in his praesentibus, ut praefertur, reservatis, et per praefatos Praesidem Concilium et Sodales Regalis Societatis praedictae et successores suos solubilibus fiendis ¹ seu performandis) de praemissis per praesentes praeconcessis, seu de aliqua inde parte vel parcella, nobis heredibus vel successoribus nostris exeuntibus seu solvendis, vel superinde versus nos heredes vel successores nostros oneratis seu onerandis, praefatis Praefidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis praedictae et successoribus suis facient, et de tempore in tempus fieri causabunt: Et hae Literae nostrae patentes, vel irrotulamentum earundem, erunt de tempore in tempus, tam dictis Commissionariis pro thesauro nostro, Thesaurario, Cancellario, et Baronibus Scaccarii nostri heredum et successorum nostrorum pro tempore existente, quam omnibus et singulis Auditoribus, et aliis officariis, et ministris nostris heredum et successorum nostrorum quibuscunque pro tempore existente, sufficiens warrantum et exoneratio in hac parte.

ET CVM NOS per Literas nostras patentes, gerentes datum apud Westmonasterium vicesimo secundo die Aprilis, anno regni nostri decimo quinto, Praefidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis praedictae factas, inter alia concessimus praefatis Praefidi Concilio et Sodalibus praedictae Regalis Societatis, et successoribus suis in perpetuum, quod si contigerit Praesidem ejusdem Regalis Societatis pro tempore existente aegritudine vel infirmitate detineri, vel in servitio nostro heredum vel successorum nostrorum versari, vel aliter esse occupatum, ita quod necessariis negotiis ejusdem Regalis Societatis officium Praefidis tangentibus attendere non poterit; quod tunc et toties bene liceat et licebit eidem Praefidi sic detento versato vel occupato *unum* de Concilio praedictae Regalis Societatis pro tempore exi-

Recital of
some Parts of
the Second
Charter.

¹ *Sic in Authentic.*

stente,

C H A R T A T E R T I A.

stente, fore et esse *Deputatum* ejusdem Praefidis, nominare et appunctuare; qui quidem Deputatus, in officio Deputati Praefidis praedicti sic faciendus et constituendus, sit et esset Deputatus ejusdem Praefidis de tempore in tempus, toties quoties praedictus Praefes sic abesse contigerit, durante toto tempore, quo praedictus Praefes in officio praefidis continuaverit, *nisi* interim praedictus Praefes Regalis Societatis praedictae pro tempore existente unum alium de praedicto Concilio ejus Deputatum fecerit et constituerit; Et quod quilibet hujusmodi Deputatus praedicti Praefidis, sic ut praefertur faciendus et constituendus, omnia et singula quae ad officium Praefidis praedictae Regalis Societatis pertinent seu pertinere debent, vel per praedictum Praefidem virtute istarum Literarum nostrarum patentium limitata et appunctuata fore ¹ facienda et exequenda, de tempore in tempus, toties quoties praedictus Praefes sic abesse contigerit, durante tali tempore, quo Deputatus praedicti Praefidis continuaverit, facere et exequi valeat et possit, vigore istarum Literarum nostrarum patentium, adeo plene libere et integre, ac in tam amplis modo et forma, prout Praefes praedictus, si praefens esset, illa facere et exequi valeat et possit; sacramento corporali super sancti Dei Evangelia, in forma et effectu in eisdem Literis nostris patentibus specificatis, per hujusmodi Deputatum, ad omnia et singula quae ad officium Praefidis pertinent bene et fideliter exequendum, coram praefato Concilio praedictae Regalis Societatis vel aliquibus *septem* vel pluribus eorum, prius praestando; et sic toties quoties casus sic acciderit; cui quidem Concilio, vel aliquibus *septem* vel pluribus eorum pro tempore existente, sacramentum praedictum administrare potestatem et auctoritatem, quoties casus sic acciderit, dedimus et concessi-

¹ *Sic in Authentic.*

mus per easdem Literas nostras patententes, absque brevi commiffione five ulteriori warranto in ea parte à nobis heredibus et fuccefforibus nostris procurandis seu obtinendis; Ac quod ipsi et fucceffores eorum, seu aliqui novem vel plures eorum (quorum Praefidem pro tempore existente, vel ejus deputatum, femper unum esse volumus) conventus seu congregationes de seipsis pro experimentorum et rerum naturalium cognitione et indagine aliisque negotiis ad Societatem praedictam spectantibus, quoties et quando opus fuerit, licite facere et habere possunt in collegio five aula five alio loco commodo ¹ *intra civitatem nostram London, vel in aliquo alio loco commodo intra decem milliaria ab eadem civitate nostra*: Et cum diversa et varia res potestates libertates et privilegia in iisdem Literis nostris patentibus praefato Praefidi Concilio ac Sodalibus Regalis Societatis praedictae concessa, virtute istarum Literarum nostrarum patentium, non sunt exercenda facienda performanda seu exequenda, nisi per praedictum Praefidem et Concilium, aut aliquos septem vel plures eorum; Et cum ulterius per praedictas Literas nostras patententes pro nobis heredibus et fuccefforibus nostris dedimus et concessimus praefatis Praefidi Concilio et Sodalibus praedictae Regalis Societatis, et fuccefforibus suis in perpetuum ², five aliquibus *viginti et uni vel pluribus eorum* (quorum Praefidem pro tempore existente, vel ejus Deputatum, femper unum esse volumus) seu majori parti praedictorum *viginti et unius vel plurium*, plenam potestatem et authoritatem de tempore in tempus eligendi nominandi et constituendi unum vel plures Typographos five Impreffores, et Chalcographos seu Sculptores, et ipsi vel ipsis per scriptum communi Sigillo praedictae Regalis Societatis sigillatum, et manu Praefidis pro tempore existente signatum,

It takes Notice that several Powers, granted by that Charter, cannot be executed but by the President and Council, or seven or more of them; by virtue of that Charter.

¹ V. ante, p. 26.

² V. ante, p. 35.

C H A R T A T E R T I A.

facultatem concedendi, ut imprimant tales res materias et negotia praedictam Regalem Societatem tangentia vel concernentia, quales praedictis Typographo vel Impreffori, Chalcographo vel Sculptori, vel Typographis vel Imprefforibus, Chalcographis vel Sculptoribus, de tempore in tempus per Praesidem et Concilium praedictae Regalis Societatis, vel aliquos septem vel plures eorum (quorum Praesidem pro tempore existente, vel ejus Deputatum, unum esse volumus) vel per majorem partem praedictorum septem vel plurium commissa¹ fuerint; sacramentis suis corporalibus, antequam ad officia sua exercenda admittantur, coram Praefide et Concilio pro tempore existente, vel aliquibus septem vel pluribus eorum, prius praestandis; cui quidem Praefidi et Concilio, vel aliquibus septem vel pluribus eorum pro tempore existente, sacramenta praedicta administrare plenam potestatem et auctoritatem dedimus et concessimus per praedictas Literas nostras patentes; prout in eisdem Literis nostris patentibus², relatione inde habita, plenius liquet et apparet.

This Charter directs that the President's Deputy shall continue in Office, although the President do appoint one or more others:

Nos de abundantiori gratia nostra speciali ac ex certa scientia et mero motu nostris, DEDIMVS et concessimus, ac per praesentes pro nobis heredibus et successoribus nostris damus et concedimus, praefatis Praefidi Concilio et Sodalibus praedictae Regalis Societatis, et successoribus suis in perpetuum, quod de caetero in perpetuum, si contigerit Praesidem ejusdem Regalis Societatis pro tempore existente aegritudine vel infirmitate detineri, vel in servitio nostro heredum vel successorum nostrorum versari, vel aliter esse occupatum, ita quod necessariis negotiis ejusdem Regalis Societatis officium Praefidis tangentibus attendere non poterit; quod tunc et toties bene liceat et licebit eidem Praefidi sic detento versato vel occupato unum de Concilio

¹ Sic in Authent.

² V. ante, p. 35.

praedictae Regalis Societatis pro tempore existente, fore et esse Deputatum ejusdem Praesidis, nominare et appunctuare; qui quidem Deputatis, in officio Deputati Praesidis praedicti sic faciendus et constituendus, sit et erit Deputatus ejusdem Praesidis de tempore in tempus, toties quoties praedictus Praeses sic abesse contigerit, durante toto tempore, quo praedictus Praeses in officio Praesidis continuaverit, *etiamsi* interim Praeses Regalis Societatis praedictae pro tempore existente *unum alium vel plures alios* de praedicto Concilio ejus Deputatum et Deputatos fecerit et constituerit; cui quidem Praesidi pro tempore existente *duos vel plures* de praedicto Concilio ejus Deputatos ipso et eodem tempore facere et constituere potestatem et auctoritatem, quoties ei placuerit, damus et concedimus per praesentes pro nobis heredibus et successoribus nostris; Et quod quilibet hujusmodi Deputatus et Deputati praedicti Praesidis sic ut praefertur faciendi et constituendi, omnia et singula quae ad officium Praesidis praedictae Regalis Societatis pertinent seu pertinere debent, vel per praedictum Praesidem virtute praedictarum Literarum nostrarum patentium, vel praesentium, limitata et appunctuata fore ' facienda et exequenda de tempore in tempus, toties quoties praedictus Praeses sic abesse contigerit, durante tali tempore, quo Deputatus et Deputati praedicti praesidis continuaverit et continuaverint, facere et exequi valeat et possit valeant et possint, vigore harum Literarum nostrarum patentium, adeo plene libere et integre, ac in tam amplis modo et forma, prout Praeses praedictus, si praesens esset, illa facere et exequi valeret et possit; sacramento corporali super sancta Dei Evangelia, in forma et effectu in eisdem Literis nostris patentibus specificatis, per hujusmodi Deputatum et Deputatos ad omnia et singula, quae ad officium Praesidis perti-

And it gives him express Power to appoint *two or more* Deputies, out of the Council, at one and the same Time; who may, each of them, do the same Acts in his Absence, as he himself could do if present.

But they must first be sworn before the Council, or *five or more* of them.

* Sic in Authent.

C H A R T A T E R T I A.

nent, bene et fideliter exequendum, coram praefato Concilio praedictae Regalis Societatis, vel aliquibus *quinque*¹ vel pluribus eorum, prius praestando; et sic toties quoties casus sic acciderit; cui quidem Concilio, vel aliquibus *quinque* vel pluribus eorum pro tempore existente, sacramentum praedictum administrare potestatem et auctoritatem, quoties casus sic acciderit, damus et concedimus per praesentes, absque brevi commissione sive ulteriori warranto in ea parte à nobis heredibus et successoribus nostris procurandis seu obtinendis;

For the future, the President, Council, and Fellows, or any nine of them (of whom the President or his Deputy to be always one,) may hold their Assemblies any where within the Kingdom of ENGLAND.

AC ULTERIVS, quod de caetero in perpetuum ipsi et successores eorum, seu aliqui novem vel plures eorum (quorum Praesidem pro tempore existente, vel ejus Deputatum, semper unum esse volumus) conventus seu congregationes de seipsis pro experimentorum et rerum naturalium cognitione et indagine aliisque negotiis ad Societatem praedictam spectantibus, quoties et quando opus fuerit, licite facere et habere possint in collegio sive aula sive alio loco commodo *infra regnum nostrum Angliae*;

All Powers, &c, which could not be exercised heretofore but by the President and Council, or seven or more of them, may for the future be exercised by the President and Council, or any five or more of them.

AC ULTERIVS, quod omnia et singula res potestates libertates et privilegia in praedictis Literis nostris patentibus praefatis Praefidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis praedictae concessa, virtute istarum Literarum nostrarum patentium, quae non sunt exercenda facienda performanda seu exequenda, nisi per praedictum Praesidem et Concilium, aut aliquos *septem* vel plures eorum; de caetero in perpetuum exerceri fieri performari seu exequi possint et valeant per praedictum Praesidem et Concilium, aut aliquos *quinque* vel plures eorum.

AC ULTERIVS de uberiori gratia nostra dedimus et concessimus, ac per praesentes pro nobis heredibus et successoribus nostris da-

¹ N. B. The Oaths of Obedience and Supremacy require *seven*. V. post, p. 55.

mus et concedimus praefatis Praefidi Concilio et Sodalibus praedictae Regalis Societatis, et successoribus suis in perpetuum, quod de caetero in perpetuum bene liceat et licebit *Praefidi* Regalis Societatis praedictae pro tempore existente, de tempore in tempus eligere nominare et constituere aliquem vel aliquos Typographum sive Impressorem, Typographos sive Impressores, et Chalcographum seu Sculptorem, Chalcographos seu Sculptores, et ipsi vel ipsis facultatem concedere, ut imprimant tales res materias et negotia praedictam Regalem Societatem tangentia vel concernentia, quales praedictis Typographo vel Impressori, Chalcographo seu Sculptori, vel Typographis vel Impressoribus, Chalcographis vel Sculptoribus, de tempore in tempus per Praesidem et Concilium praedictae Regalis Societatis, vel aliquos *quinque* vel plures eorum (quorum Praesidem pro tempore existente, vel ejus Deputatum, unum esse volumus) vel per majorem partem praedictorum *quinque* vel plurium commissae fuerint; sacramentis suis corporalibus, antequam ad officia sua exercenda admittantur, coram Praefide et Concilio pro tempore existente, vel aliquibus *quinque* vel pluribus eorum, prius praestandis; et sic toties quoties casus sic acciderit: cui quidem Praefidi et Concilio pro tempore existente, vel aliquibus *quinque* vel pluribus eorum, sacramenta praedicta administrare plenam potestatem et auctoritatem damus et concedimus per praesentes.

For the future, the *President* may appoint one Printer or more, and one Engraver or more, and authorize him or them to print such Things (touching or concerning the Royal Society) as shall be given to him or them in Charge, by the President and Council, or any *five* or more of them. (of whom the President or his Deputy to be one), or by the major Part of such five or more.
They must be first sworn before the President and Council, or any *five* or more of them.

ET ULTERIUS volumus, ac per praesentes pro nobis heredibus et successoribus nostris concedimus praefatis Praefidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis praedictae et successoribus suis, quod hae Literae nostrae patentes, vel irrotulamentum earundem, stabunt et erunt in omnibus et per omnia bonae firmae validae sufficientes et effectuales in lege ad omnes respectus proposita constructiones et intentiones erga et contra nos heredes et successores nostros,

General confirmatory Clauses.

C H A R T A T E R T I A.

fros, tam in omnibus curiis nostris, quam alibi infra regnum nostrum Angliae, absque aliquibus confirmationibus licentiis vel tolerationibus de nobis heredibus vel successoribus nostris quoquo modo in posterum procurandis aut obtinendis ;

NON OBSTANTE male nominando vel male recitando aut non recitando praedicta terras tenementa et caetera praemissa, vel aliquam inde parcellam ; Et non obstante non inveniendi officium aut inquisitionem praemissorum, aut alicujus inde parcellae, per quae titulus noster inveniri debuit, ante confectionem harum Literarum nostrarum patentium ; Et non obstante male recitando vel non recitando aliquam dimissionem vel concessionem de praemissis vel de aliqua inde parcella factam, existentem de recordo vel non de recordo ; Et non obstante male nominando vel non nominando aliquam villam hamletam parochiam locum vel comitatum, in quibus praemissa vel aliqua inde parcella existunt vel existit ; Et non obstante, quod de nobis tenentium firmariorum sive occupatorum praemissarum, vel alicujus inde parcellae, plena vera et certa non fit mentio ; Et non obstante aliquibus defectibus ¹ de certitudine vel computatione aut declaratione veri annui valoris praemissorum, aut alicujus inde parcellae ; aut annualis redditus reservati de et super praemissis, vel de et super aliqua inde parcella, in his Literis nostris patentibus expressis et contentis ; Et non obstante statuto in Parlamento Domini Henrici nuper Regis Angliae sexti progenitoris nostri, anno regni sui decimo octavo, facto et edito ; Et non obstante aliquibus aliis defectis ², in non certe nominando naturam genus speciei ³ quantitatem aut qualitatem praemissorum, aut alicujus inde parcellae ; Et non obstante statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis, aut aliquo

¹ *Sic in Authent.*² *Sic ibid.*³ *Sic ibid.*

alio statuto actu ordinatione proclamatione provisione sive restrictione in contrarium inde antehac habitis factis editis ordinatis seu provisus, in aliquo non obstante: SALVO tamen Andree Cole Armigero et omnibus aliis personis quibuscunque, praeterquam nos heredes et successores nostros, talia jus claimum interesse et demanda quaecunque, qualia ipse vel ipsi seu eorum aliquis habet seu habeant, aut de jure habere debent¹, de et in praemissis, seu aliqua parte vel parcella inde.

ET ULTERIUS volumus, et per praesentes pro nobis heredibus et successoribus nostris ordinamus et firmiter injungendo praecipimus, quod Praeses Societatis praedictae pro tempore existente, et Deputati ejus, antequam ipsi aut eorum aliqui ad executionem officii illius admittantur, tam sacramentum corporale communiter vocatum *The oath of obedience*, quam sacramentum corporale communiter vocatum *The Oath of supremacy*, super sacrosanctis Dei Evangeliiis praestabunt, et eorum quilibet praestabit, coram Concilio ejusdem Societatis, aut aliquibus *septem* vel pluribus eorum; (cui quidem Concilio, aut aliquibus *septem* vel pluribus eorum, sacramenta praedicta administrare pro nobis heredibus et successoribus nostris plenam potestatem et auctoritatem de tempore in tempus, quotiescunque opus fuerit, damus et concedimus per praesentes).

The President and Vice-Presidents are enjoined to take the Oath of Obedience and the Oath of Supremacy, before the Council, or seven or more of them, previously to their acting.

PROVISO semper, et voluntas et intentio nostra regia est, quod terrae et praemissa praedicta per praesentes, ut praefertur, concessa, seu eorum aliqua *non alienabuntur vel vendentur* alicui personae sive aliquibus personis quibuscunque; aliquo in praesentibus contento in contrarium inde non obstante.

¹ Sic in Authent.

² N. B. The Oath of Office may now be taken before *five* only. V. ante; p. 52.

C H A R T A T E R T I A.

Eo, quod expressa mentio de vero valore annuo vel de certitudine praemissorum five eorum alicujus, aut de aliis donis five concessionibus per nos seu per aliquem progenitorum five praedecessorum nostrorum praefatis Praefidi Concilio et Sodalibus Regalis Societatis de *London*, et successoribus, ante haec tempora factis, in praesentibus minime facta existit; aut aliquo statuto actu ordinatione provisione proclamatione five restrictione in contrarium inde antehac habitis factis editis ordinatis five provis, aut aliqua alia re causa vel materia quacunque, in aliquo non obstante.

IN CIVIS rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus patentes. TESTE Me ipso apud Westmonasterium, octavo die Aprilis, anno regni nostri vicesimo primo.

Per breve de Privato Sigillo.

P I G O T T.

A L I.